

novelle dignitatis promocio mores status dedignari dimissi. Sed hec bene Deus novit: hoc non habetur in vobis^b, quia, sicut videtur^c, quod possidebat in statu preterito vestre^d discretionis effectus, nunc non^e motus superbie respuit, sed sub dulci linimine debite utilitatis applaudit.

Ceterum de corrigia michi missa vobis uberas grates exsolvo, scientes^f, quod illius stricture in me vacat utilitas.

n. 118: Mitteilung darüber, daß das Gesuch des Empfängers nicht durchzusetzen war, da der Papst Petitionen in solcher Form zu gewähren untersagt habe. Der erlangte Brief werde aber genügen.

Pro petitione, quam vobis mitto presentibus interclusam, apud multos institi, sed in vanum rete laxavi, eo quod dominus papa iam diu promoveri prohibuit petitiones tali forma formatas. Alias vero litteras diligencia portitoris obtinuit, quas credo satis sufficientes ad causam. Ceterum in iniuriis vobis illatis iniurior, scientes me non prospere vivere, dum vestra consciencia vel continencia^b turbatur adversis. Unde, si placet, sit vestra manus scribenti^c devoto sollicita, ut inspectis in vestris litteris, que vobis acciderint, vobiscum sorciatur^d, quicquid fortuna ministrat.

n. 119: An einen Freund, dessen zu erwartende Ankunft an der Kurie dem Wunsche des S. entsprechen wird.

Litteras vestras recepi gratanter, quarum tenor exposuit vos amplecti nunc tempora serena cum prosperis et transisse nubila cum adversis; unde tanto forcius gaudeo, quanto specialius inter amicos et dominos vos habeo specialem, scientes me omnium, que per curricula temporum occurrerint, non expertem. De adventu vero vestro ad curiam plurimum gratulor, eo quod satisfacietis desiderio S. expectantis vestram videre personam, quam semper appetito gracia sanitatis et iocunditatis ornari.

n. 120: Mitteilung des Wohlbefindens mit dem Wunsch für das gleiche beim Empfänger.

Litteras vestras intima cordis affectione recepi, in quibus petistis vestri gracia de meo statu certificari frequenter et rogastis,

117. b) nobis R c) videt R d) nostre R e) u^oo = vero R
 f) Vgl. oben S. 528. 118. a) Vgl. oben S. 528. b) In der Vorlage stand wohl nur eines der beiden Substantive, das der Abschreiber aber nicht sicher entzifferte. c) scribendi R; vgl. devoti scribentis in n. 134.
 d) sorciat R